Consuetudines dominarum sub regula beati Augustini viventium.

Auf der Herzoglichen Bibliothek zu Wolfenbüttel befindet sich unter der Signatur Helmstad. n. 523 ein Pergamentcodex in hoch 4° aus dem 13/14 Jahrhundert, welcher von einer viel späteren Hand im 18 Jahrhundert auf dem vorderen Deckel die Aufschrift Martyrologium erhalten hat. Darunter hat eine noch jüngere Hand das Wort Dorstad. gesetzt. So hat dieser Codex lange Zeit für eine Handschrift des benachbarten Klosters Dorstadt gegolten.

In demselben steht zunächst Fol. 1—72 ein Martyrologium, auf dessen Seiten am Rande eine grosse Menge kaum noch lesbarer nekrologischer Notizen eingetragen ist. Aus diesen ergiebt sich mit Sicherheit, dass nicht nur das Martyrologium und Nekrologium, sondern der ganze Codex nicht dem Kloster Dorstadt, sondern dem Kloster der Augustinerinnen zu Derneburg bei Bockenem angehört hat. Dies habe ich in der Zeitschrift des Harzvereins für Geschichte und Alterthumskunde 1874 S. 178 fg. erwiesen, und ist ein Widerspruch dagegen bis jetzt nicht erhoben. Auf Fol. 74—81 des Codex stehen Consuetudines sub regula beati Augustini patris nostri viventium; dann folgt Fol. 81—83 ein Sermo beati Augustini episcopi und endlich Fol. 85—91 Regula beatissimi Augustini patris nostri.

Die Consuetudines sub regula b. Augustini viventium enthalten die Gewohnheiten, welche seit dem Ausgange des 13. Jahrhunderts in Augustinerinnenklöstern in Übung waren. Sie geben ein so anschauliches Bild von der Lebensordnung in solchen Anstalten, dass wir dieselben bei der hohen religiösen und socialen Bedeutung auch der Frauenklöster im Mittelalter der Mittheilung für würdig halten, zumal da sie, wie es scheint, noch nicht gedruckt sind.

Ein Abdruck derselben ist mir auf buchhändlerischem Wege nicht bekannt geworden, findet sich auch selbst auf der Wolfenbüttler Bibliothek nicht. Nachfragen bei dem hiesigen Oberbibliothekar und bei befreundeten katholischen Gelehrten und Geistlichen führten zu der Annahme, das Schriftchen sei noch ungedruckt. Eine Nachricht, die mir mein verehrter Freund Herr Dr. Mertens zu Kirchborchen gab, liess vermuthen, dass die Consuetudines mit in den Constitutiones fratrum Eremitarum s. Augustini vom Jahre 1504 enthalten seien. Da von diesen nur ein Exemplar erhalten ist, welches die Universitätsbibliothek zu Jena besitzt, so fragte ich dieserhalb in Jena an. Leider stellte sich heraus, dass die Consuetudines in jenem Werke nicht publicirt seien. Unter diesen Umständen erschien mir die Veröffentlichung derselben ebenso wünschenswerth, wie nothwendig.

Wir geben nun den Text der Handschrift mit diplomatischer Treue und in der Orthographie des Originals. Der Titel der Schrift und die Überschriften der 24 Abschnitte derselben, welche roth geschrieben sind, sind hier roth gedruckt. Die Zahlen vor den Überschriften stehen in der Handschrift nicht; hier sind sie zugefügt, um das Auffinden zu erleichtern. Zum Schlusse werden einige kurze Bemerkungen sachlicher Art folgen, um evangelischen Lesern, denen die Formen des katholischen Gottesdienstes nicht ausreichend bekannt sind, das Verständniss schwieriger Stellen und abgekürzter liturgischer Formeln etwas zu erleichtern.

Dass das Schriftchen den letzten Jahrhunderten des Mittelalters angehört, von einem Geistlichen — vielleicht des Augustinerordens — verfasst ist und sich auf Stifter und Frauenklöster dieses Ordens bezieht, unterliegt keinem Zweifel.

Incipiunt consuetudines sub regula beati Augustini patris nostri viventium.

1. Quod ignota persona non recipiatur, nisi diligenter examinetur.

Si aliqua desideraverit venire ad canonicam professionem, non facile recipiatur, nisi persona nota fuerit. Ignota vero persona tanto temporis spacio foris a patre[1]) monasterii examinanda est, donec de ea qualis sit innotescat. Quod si placuerit, perducta in conventum dominarum factam confessionem faciat et peticionem, posteaque in conventu sororum *) subscripto informetur ordine propriis exuta ac monasterii vestibus induta, ut per hoc seculari habitu deposito ad Christi paupertatem et inopiam se descendisse agnoscat. Illa vero que posuit vestimenta usque in diem professionis ejus in monasterio reserventur, donec perfectam conversacionis ejus et tollerancie virtutem evidenter agnoscant et posse eam perdurare perspexerint. Sin vero illam ante professionem inobedientem et incorrigibilem deprehenderint, exuentes eam monasterii, quibus induta fuerat, vestibus et revestitam antiquis, que servate fuerant, liberam abire permittant.

2. Ut predicantur ei cuncta, que ad regularem pertinent disciplinam.

Igitur cum omni mansuetudine predicentur ei paupertas domus, asperitas loci, severitas discipline et quantus sit labor in illius professionis observacione, quamque gravis casus in transsicione et cetera, que ad rigorem discipline regularis pertinent, et probetur fervor desiderii illius et intencio. Interim eciam mores, actio et qualitates diligenter notandi sunt, et**) si ad ea, que postulat, esse possit idonea.

*) Verbesserung statt des roth durchstrichenen Wortes dominarum.

**) In der Handschrift steht ut.

3. Qualiter admonenda sit novicia.

Admonenda est noviter conversa, ut mutato habitu seculi mores quoque et consuetudines studeat mutare in melius atque mala, que gessit, confitendo et lacrimis penitendo, carnales eciam concupiscencias deponendo exuat veterem hominem cum actibus suis et deinde bona opera atque virtutes sectando renovetur in Christo. Admonenda est eciam, ut non sit elata aut invida aut iracunda aut murmurans, non verbosa aut vana diligens verba aut fabulas, non gulosa, non negligens aut pigra, non oculis vaga aut incessu levis, set per omnia gravis, matura et bona, sit dulcis et amabilis, ad omnem obedienciam prompta et parata, et omnibus per omnia placere studeat in bonis, quatinus omnes de societate et conversacione ejus gaudeant et glorificent patrem Deum, qui in celis est. Sciat vero, quia confessio a timore Domini incipit et humilitate; et tunc vere diviciarum celestium merebitur esse particeps, si hic paupertatem propter Christum amaverit. Ipsa namque veritas ait: Beati pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum celorum [2]). Commendetur autem sororibus boni testimonii ad minus duabus, que custodiant et doceant eam regulam, usum et disciplinam monasterii; primum qualiter ambulare, stare, supplicare, sedere debeat et in omnibus motibus suis signum habere humilitatis, caput submittere, terram aspicere, memorem esse pupplicani illius, qui non audebat oculos suos in celum levare set percuciens pectus suum dicebat: Deus, propicius esto michi peccatori! [3]) Sedeat vero in una parte conventus aliquantulum remociore, ubi a sororibus videri et congrue vacare possit lectioni et meditacioni sancte. Frequenter tamen mittantur ei seniores sorores ad consolandum et confortandum eam et ut erudiant de preceptis regule, psalmis et ymnis et canticis spiritualibus, sicut mos est et usus in eodem monasterio; nec inquietet eam quis aliquo opere, donec prius de ordine et ministerio sit erudita. Qualiter autem orare debeat, instruatur hoc modo. Nocturnis horis audito signo de lecto sine mora consurgat et primum signum sancte crucis sub invocacione sancte trinitatis exemplo ceterarum sibi imprimat dicens postea hunc versum: Domine, labia mea aperies et os meum annunciabit laudem tuam [4]). Deinde vestita corporales sibi necessitates cooperto capite, sicut moris est, provideat, psallens interim quod voluerit in Domino, donec chorum introeat cum ceteris cavens sumopere tam ibi, quam in omni loco communis orationis, ne in labiorum motu aut sono vocis aut in aliquo strepitu sorores orantes impediat fundens precem suam coram Domino plus corde, quam ore, ita ut illius vox vicinior sit Deo quam sibi. Ingressa vero chorum cum cunctis in loco suo consistentibus premissa dominica oratione et signo crucis impresso, cum a Cantrice inceptum fuerit, cum summa humilitate et honestate referat laudes Deo in conspectu angelorum ejus excutiatque torporem a se et sompnolenciam, vanas quoque atque superfluas cogitaciones a corde suo abigat sitque memor presencie angelorum atque superne gracie Dei, que semper presto est pure et devote orantibus, timeatque illius sentencie periculum, qua dicitur: Maledictus homo, qui opus Domini negligenter fecerit! [5]) quo contra: Beatus, qui devote illud impleverit! [6]) Et cum flegma ex naribus aut ex pectore excreverit, ne

infirmis mentibus vertatur in nausiam, caute et curiose ante se, aut juxta latus, aut post tergum proiciatur, atque id quod proicitur pedibus conculcetur, ut, cum sorores ad oracionem curvantur, vestimenta earum non sordidentur. Quod ubique locorum ab omnibus servari honestum est.

4. Qua distinctione cantica graduum cantanda sint.

Cum canticum graduum [7]) cantandum est, hoc modo distinguatur: Primi quinque psalmi pro defunctis cum versu Requiem eternam [8]) sine Kyrie eleison [9]), Pater noster [10]), A porta inferi [11]), Domine exaudi orationem [12]), Absolve queso domine [13]). Sequentes quinque pro congregacione cum Gloria Patri [14]) et Kyrie eleison et hiis precibus: Memento nostri, domine, in beneplacito [15]); Memor esto congregacionis [16]); Domine, exaudi. [17]) Deus cui proprium est [18]). Novissimi pro familiaribus cum Gloria Patri et Kyrie eleison et hiis precibus: Salvos fac servos et ancillas tuas [19]), mitte eis auxilium, domine, exaudi orationes [20]); Omnipotens s. d. qui vivorum [21]).

5. Qualiter se habeant inter preces.

Sciendum est, quomodo ab eo tempore, quo intra hos psalmos Requiem eternam dicitur pro defunctis usque ad finem collecte sue et ab eo, quo Kyrie eleison dicitur pro congregacione seu pro familiaribus usque ad finem collectarum suarum super formas accubabunt [22]).

6. Quando cantica graduum, vigilie, septem psalmi cum letania cantandi sint.*)

Hoc autem canticum graduum cantatur per totum annum, excepto a Cena domini usque in octavam Pentecoftes [23]) et quo tempore sollempniter hore cantantur sine precibus**) horis solis sancte Marie adjectis. Nam vigilias et quindecim gradus [24]) et septem psalmos [25]) cum letania [26]) omittimus, post horas vero septem psalmos pro defunctis cum quindecim gradibus solito more dicimus; similiter et infra octavas sanctorum et a die Innocentum usque in octavam Epiphanie facimus preter diem Circumcisionis et Epiphanie [27]), nisi interveniente speciali alicujus defuncti memoria.

7. Qua distinctione temporum vigilie cantentur.

A festo Omnium sanctorum usque ad Cenam Domini [28]) vigilie cantentur post matutinas [29]), et Placebo [30]) post vesperas, nisi in quadragesima. Tunc Placebo et vespere sancte Marie cantentur post cenam; ab octava Pentecostes usque ad Idus Septembris post nonam vigilie cum Placebo; ab Idibus Septembris usque ad Kalendas Novembris ante vesperas.

---

*) Im Codex steht sunt.

**) Vor horis ist exceptis durchstrichen.

8. De petenda venia, cum quis in choro cantans vel legens offendit.

Si quis pronunciando psalmum, responsorium, antiphonam vel lectionem offenderit, nisi per satisfactionem ibi coram omnibus humiliatus fuerit, secundum tempus vel inclinando, vel veniam faciendo, majori vindicte subjacebit.

9. De inclinacionibus.

In omni regulari cursu cum ad Gloria patri [31]) ventum fuerit, convertat se chorus contra altare et se omnes ob reverenciam sancte trinitatis usque Sicut erat [31]) incurvabunt. Similiter facient in omnibus extremis versibus ymnorum usque penes finem, qui maxime in laude sancte trinitatis conditi esse noscuntur. Omnibus privatis seu festis diebus, ex quo invitatorium [32]) incipitur, totus conventus ad altare se vertat et ita usque ad Gloria patri stabit. Conversa et illa, que in loco suo stans Venite est cantatura, antequam invitatorium imponat *) et antequam incipiat, reverenter debet inclinare, et aliis se ad Gloria patri convertentibus ipsa, ut cepit, ita perstet, donec ad ultimum invitatorium incipiat; quo reincepto inclinans ante se tamen uniformiter ante se stabit. Generaliter vero, quecunque singillatim antiphonam seu responsorium intra regularem horam inceperit, et ante incepcionem et post incepcionem humiliato corde et corpore Deo reverenciam exhibere debebit. In festivitatibus ille due, que invitatorium cantature sunt, in medio convenient et illum usum, qui paulo ante de inclinacionibus dictus est, observent et quandocunque due aliquid cantabunt, eandem reverenciam observabunt.

10. Qualiter stent vel sedeant domine inter horas.

Sorores, que intersunt regularibus horis [29]), sic sibi invicem sedendi locum exhibeant, ut, que ad Gloria patri singulorum sederit psalmorum, ad standum surgat; et que steterit, sedendo imbecillitatem suam refoveat. Sed hoc observandum est, ne qua juxta aliam sedentem sedeat, sed inter duas sedentes semper una stet.

11. Quando sedere debeant.

Ad Magnificat [33]), ad Benedictus [34]), ad ymnos, ad capitula [35]) nulla sedere debet, nisi cui prelata pro aliqua consideracione concesserit.

---

*) Hinter imponat steht irrthümlich ante.

12. De collectione vestimentorum cum sederint et de collectione manicarum cum inclinaverint.

Ubicunque sorores sederint, vestimenta sua in circuitu suo fluxa non dimittant, set ad se decenter colligant et ubicunque se inclinaverint, manus in sinu non teneant, set in manicas mittant easque coram se convenienter constringant.

13. Quando prostrate preces faciant.

Per totum annum in regularibus horis preces prostrate faciant excepto a Pascha usque ad octavam Pentecostes et a Nativitate Domini usque ad octavam Apparitionis[36]) et in omnibus octavis et in festis novem lectionum[37]) excepto tribus diebus ante Pascha. Quociens igitur novem lectionum festum celebramus, oracionem dominicam, que lectionem antecedit, inclinate dicere debent, ceteris vero diebus id ipsum faciant.

14. Ubi stare debeat dictura collectas.

Collectas vero regularium horarum scilicet in vesperis et matutinis in medio choro stans ebdomadaria debet dicere, et interim conventus aut prostratus jaceat super formas ut in privatis diebus, aut inclinatus sit sicut in festis diebus, usque dum ebdomedaria dicat: Per omnia secula seculorum. Post matutinales laudes regulares hore — et in vesperis, quibus suffragia dicimus, fiat commemoracio sancte Crucis, sancte Marie, sanctorum angelorum, sancti Johannis baptiste et patroni illius ecclesie ac postmodum apostolorum sanctique Augustini confessoris et virginum et omnium sanctorum — et sic matutinales laudes et regulares hore per Benedicamus[38]) domino claudentur. Si privata dies fuerit, statim cantabitur: Deus misereatur[39]) nostri sine Kyrie eleison et absque Pater noster; set tamen cum hiis precibus: Salvos fac servos et ancillas tuas, mitte eis auxilium, omnipotens sempiterne Deus, maestorum[40]), deinde primus psalmus penitencialis: Domine[41]), ne in furore tuo! cum duobus psalmis quindecim graduum: Ad dominum[42]), cum tribularer et Levavi[43]). Trium lectionum matutine privatis diebus per totum annum finientur predicto ordine.

15. Qua disciplina se in lectis suis collocent et qualiter surgere vel jacere debeant.

In lectis suis cum summa disciplina se collocent nec vestem prius exuant, quam coopertorium ad cubitos trahant; tunc quidem eam exutam diligenter complicent et componant. Quantumlibet autem aliquando calorem senciant, nunquam tamen plus corporis sui detegant, quam pedes et brachia. Expanso autem die cum signum datum fuerit in dormitorio ad excitandum, quantocius et religiose se induant et super lectum extendant coopertoria, ne

quicquam indecens appareat aut inhonestum. Omnia enim debent honesta esse in ordine. Postquam autem preparaverint se, ecclesiam intrent cum processione. Post primam sancte Marie cum tempus exigit, septem penitenciales psalmos [25]) cum letania [26]) et oracionibus statutis dicant, pueris cum suis magistris in scolis interim discentibus.

16. Qua reverencia vel silencio accedere debeant ad lavacrum.

Quibus finitis ad lavacrum eant laventque manus, deinde sonante prima puelle cum magistris suis eant lotum se, quibus regressis communiter chorum petant celebrentque ex more primam. Qua finita signum pulsetur, ut omnes ad capitulum veniant et interim secundus psalmus penitencialis [44]) cantetur cum ordine quindecim graduum pro fidelibus defunctis. Hiis peractis sororibus in capitulo convenientibus Lectrix dicat: Iube domina [45]) benedicere, ut hanc benedictionem accipiat: Regularibus disciplinis instruat nos omnipotens et misericors Dominus [46]). Respondeatur Amen. Et Lectrix kalendarium cum luna et nataliciis sanctorum cunctis adhuc stantibus pronunciet, tunc hec oracio ab ebdomadaria subinferatur: Exultabunt d. [47]) Preciosa est in. [48]) Oremus [49]): Sancta dei genitrix [50]) et cetera, que secundum ecclesiasticum ordinem dicenda sunt. Quibus finitis lectiones de regula Lectrix subinferat et conclusa lectione per Tu autem [51]), obitus vel anniversarios, si occurrerint, recitet et ebdomadaria dicat: Anime eorum et anime omnium fidelium et conventus requiescant, amen [52]). Deinde eadem Lectrix indicet in tabula, que sorores in sequenti matutina legere vel cantare debeant. Quo facto Prelata quasi pro salutatione dicat sororibus Benedicite [53]). Cui conventus respondet: Dominus [54]), et Prelata subsequatur: Benedictionem et graciam suam tribuat nobis omnipotens et misericors Deus [55])! Respondeant Amen. Et sic dum sunt in capitolio [56]), solvitur silencium statimque de divinis officiis, si opus est, tractent, deinde que aliquid dicere habuerint aut de se, aut de ordine, juste loquantur. Ibi quelibet perfectior ponat se ante se, tribunal mentis sue conscendat, omnes actus suos non lippientibus oculis inspiciat et si quid dignum correctionis (!) invenerit, de sede sua ultronea surgens cum magna reverencia ad locum constitutum, id est in medium, procedat ibique toto extensa in terram faciem demittat et veniam petat nec ante Prelate preceptum exurgat. Cum autem jussa surrexerit, supplici vultu coram astans reatum suum edicat, confitens adversum se injusticiam suam sororibus et Domino, ut ipse remittat impietatem peccati illius. Set quantumcunque fateatur, non tamen amplius petat veniam, quam petivit. Quod si alia de illa proclamaverit, tunc quidem, quociens de se reclamari audierit, totiens quoque veniam petat. Tunc que presidet, diligentissime modum peccati, naturam moresque hominis perpendat, ut secundum hec modum penitencie statuat, semperque ut peritus medicus austeriora fomenta gravioribus vulneribus imponat, ita et ipsa majoribus culpis majorem severitatem adhibeat, ita illi post susceptam penitenciam Prelata dicente: Misereatur tui omnipotens Deus et perducat te in vitam eternam [57]) et conventus dicat Amen. Iussa ad locum suum cum reverenti inclinacione redeat. Set quia

necdum omnes ad tantam celsitudinem virtutum pervenerunt, ut facta sua vel ipse judicent vel aliis judicanda revelent, nec enim desunt, qui post divine vocacionis excitacionem post primordia conversionis nequaquam saluti invigilant animarum, set dampnabili sompno desidie se committunt ideoque turpiter enervate quasi dormiendo per cottidianas negligencias et detrimenta anime caput id est mentem deponunt, quia he, inquam, tales non desunt, in caritate semper moneantur ad arripiendum iter virtutum, per blanda et aspera excitentur nunc clam monendo, nunc exhortando, nunc juxta ewangelium inter duos aliquantulum severius increpando. Denique si non resipuerint, set monitis obstinate contraire temptaverint, ecclesie id est capitulo harum causa ventilanda aperiatur. Ibi quippe equaliter licitum est omnibus remota personarum acceptione viciosa in caritate reprehendere, utilia et honesta suggerere et ab aliis suggesta corroborare, de dubiis rebus dominas consulere, deinde quicquid a quaquam contra regulam vel canonicam consuetudinem vel eciam dominarum instituta fuerit factum, libera fronte reprehendere. In tantum vigeat claustralis censura et districtio, ut nullius etatis vel ordinis soror in capitulo accusata audeat innocenciam suam pretendere vel dictis accusatoris aliquo modo obviare; set mox, ut nominata fuerit, tacita surgat et veniam petat. Ex quacunque re, sive vera, sive falsa, super aliquam proclamacio facta fuerit in capitolio [56]), et proclamata statim ad impetrandam veniam non se inclinaverit, set excusatoria verba proferre presumpserit, tot dies in silencio aut in alia penitencia permaneat, quot excusaciones contra proclamacionem fecerit. Veruntamen non ideo aliquis innocens opprimitur et judicium ejus pessumdatur. Causa enim, que non constat et aliquid dubietatis habet, diligentissime investigetur dicta accusatoris perpendendo, si bene et concorditer sibi cohereant, si aliquid invidie vel iracundie insinuent, et sorores que viderunt et audierunt interrogando; et si res aliter, quam dicta est, fuerit inventa, illa absolvatur et in accusantem acerrime animadvertatur, maxime si id invidiose confinxit vel aliquo modo maliciose edixit et interim, dum causa a ceteris agitatur, illa, cujus causa est, minime nisi interrogata loquatur. Quod cur tantopere cavendum sit, nemo miretur, quia hic racionem duplicem sorores considerare debent, tum ut humilitas et paciencia illius comprobetur, et dissensionis scisma sic vitetur. Nam si intencionis intendentis et depellentis intencionis equanimiter audiuntur conpugnantes sentencie, conventus sanctus ille, qui in vinculo pacis et unitate cordium debet esse unum, parum a forensibus placitis videtur distare, ubi terreni pro terrenis mordacissimis dictis invicem se solent dilaniare. Proinde, qui terrena videntur despexisse, talia decet derelinquere et quia Dei sola gracia ceteris ordine et vocacione longe prestant, nequaquam gracie ejus ingrati existant, set quantum ipsius dono in eis est, locum propiciacioni divine facientes caritate invicem conglutinentur, ut cor unum et animam unam habere mereantur, quod pre omnibus et super omnia volentibus vivere canonice apostolorumque vitam volentibus imitari tenendum amplectendumque est. Per unanimitatem enim cordium vere religionis primordia enituerunt, per hanc canonica et omnis vita cepit, sicut scriptum est. Multitudinis credencium erat cor unum et anima una et cetera. Ut ergo hec unanimitas inter sorores intemerata maneat, inter subditas et pre-

positas ne qua sint fomenta discordie, necesse est in unum convenire singulis diebus in capitolio, ut de incidentibus causis disceptacio et salubris de ecclesiastica et claustrali observacione fiat collocutio, quatinus et per hec preterita corrigantur et futura regulam suscipiant.

17. Qua disciplina Lectrix procedat ad legendum et redeat.

Lectura cum processerit ad legendum, altari ante se et conventui post se inclinet astrictis ante se manicis; finita vero lectione sub eadem disciplina ad sedile suum redeat. Inchoato autem Gloria patri [14]) post tercii, sexti ac noni responsorii versum de sedibus suis omnes surgant et sic reliqua secundum ecclesiasticum ordinem usque ad finem matutinarum laudum perficiant.

18. Tractatus de levioribus culpis.

Nunc quoniam dictum est, qualiter perfectiores sponte de negligenciis suis se judicandas proponant, de quibus causis fiat capitularis accusacio, immo salutaris admonicio, consequenter dicendum videtur, ut—quecunque mox, cum signum datum fuerit secundum regulam, ad ecclesiam cum processione ordinate et composite et cum silencio non venerit, in choro autem divino officio non intendens vagis oculis et motu minus religioso et minus conpetenti levitatem mentis ostenderit, designatum sibi cantandi vel legendi officium non accuratissime impleverit, responsorium aut antiphonam ad matutinas vel aliquando inceptura chorum turbaverit, aut lectionem in constituto tempore, sive bene sive male legerit, non providerit, chorum male legendo vel cantando offenderit et veniam non quesierit, vel si quicquam aliud cantare vel legere presumpserit quam id, quod communis sensus probat, si in choro aut in processione aut ad mensam riserit vel alias ridere fecerit, vel locuta extra horam quicquam fuerit, si in conventum venire distulerit, ibidem aliquid tumultus et inquietudinis fecerit, ad mensam cum ceteris non occurrerit, sororibus dormientibus defuerit, aliquam inquietudinem in dormitorio fecerit, e claustro sine licencia egressa fuerit, cum licencia egressa moras fecerit, alicui extraneo sine licencia locuta fuerit, aliquid non jussa dederit vel acceperit, denique si in aliquo gestu reprehensibilis extiterit — semel et secundo admonita publice in capitolio corripiatur, condigna satisfactionis disciplina castigetur ita, ut cetere timorem habeant. Hiis et aliis hujusmodi quasi tantum de levioribus culpis disseruimus, nam post dicendum est de majoribus*). Rite ergo hiis conpletis dicatur psalmus pro defunctis De profundis [58]), versus Requiem eternam [8]), sine Kyrie eleison [9]), Pater noster [10]); versus A porta inferi [11]), Domine exaudi [12]), collecta: Deus, venie largitor [59]); Alia: Quesumus Domine, ut famulis et famulabus tuis [60]); tercia: Fidelium Deus [61]). Si vero anniversarius alicujus defuncti occurrerit, dicantur psalmi: Verba mea [62]), Domine, ne in furore [41]), Dilexi, quoniam [63]), Credidi [64]), De profundis [58]), et in fine psalmorum Requiem eternam [8])

*) majoribus ist durchstrichen und übergeschrieben gravioribus.

sine Kyrie eleison [9]). Pater noster [10]), A porta inferi [11]). Collecta specialis pro illis deinde supradicta. Ceterum si nunciatus fuerit obitus fratris vel sororis de ordine nostro, recitato brevi in capitulo cum psalmis Verba mea [62]) et ceteris supradictis chorum intrent et conpulsentur campane et dicatur collecta specialis pro illis cum reliquis superius descriptis.

19. Quando ad confessionem venire debeant.

Sane et hoc utile diximus propter infirmiores dominas, que suos refugiunt fateri excessus, ut singulis ebdomadibus singule post capitulum, si pater monasterii [1]) affuerit, suas faciant confessiones. Quod si aliqua neglexerit, notabilis judicetur.

20. Quo tempore loquendum et quo silendum, et unde loquantur.

Primo itaque signo vesperarum audito a conventu sollempniter celebretur silencium usque post sequentis diei capitulum, nisi quampiam necessitas loqui conpellat. Post capitulum enim adepta loquendi licencia ut primum querant regnum Dei, officium presentis diei communiter prevideant, deinde injuncta sibi exequantur negocia, nichil interim loquentes, quod sanctitatem loquencium minuat aut audiencium, set omnia earum in laude Dei resonent colloquia, donec signo tercie edito priori se astringant silencio, in quo perseverent, donec prandio finito et nona cantata de choro egresse per Benedicite loquendi restituantur licencie. Qui ordo toto observandus est anno exceptis communium jejuniorum diebus, quibus inter tertiam loquimur et sextam. Tunc quidem locucioni restitute primo, ut prefatum est, de divino tractent officio, vespertinis scilicet et matutinalibus officiis, quo facto prefixam loquendi et operandi observent regulam, quousque sonantibus vesperis ad priorem silencii redeant consuetudinem.

21. Quid domina suum dicere debeat.

Soror nichil appellet suum singulariter, set ad omnia dicat nostrum, nisi de culpis et patre et matre carnali, de hiis solis licenter dicat meus et mea. Si quam dominarum appellat, nunquam puro nomine appellet, nisi domina adjungat et puellas appellet sorores. Item proprium nomen dictura semper soror premittat. Si est absque obediencia, quantum ad hospites, tantum loquatur ad laicas sorores vel ad quemquam nisi cum testimonio.

22. De minucione sanguinis.

Si qua dominarum sanguinem voluerit minuere, ad capitulum, postquam dictum est adjutorium nostrum, licenciam petat. Qua accepta pergat minutum et per septem dies in infirmaria manens carne et aliis quibuslibet necessariis utatur. Octava die ad capitulum veniat, deinde apud Infirmariam pransa ad conventum redeat.

23. Qualiter se habeant ad missam.

Sicut ad alias horas regulares, ita ad missam quoque nulla librum parvum debet tenere, nisi eum, unde missa juvari, potest, excepta Lectrice refectorii, si indocta est et posita sub custodia, que prolixam lectionem habet previdere. Quando aliquid commune cantatur, omnes insimul annitantur; quando collecte dicuntur, inclinent se, set ad primam tantum collectam tam in missa, quam in vesperis et matutinis, et humiliato corde et corpore intenciones suas suspendant, quia et propter ea dicit sacerdas: Oremus, et ebdomadaria ad horas reliquas, ut circumstancium devocio secum suspensa sit. Quando lectiones vel epistolas seu ewangelia audiunt recitari, ita illis intendant, sicut illis sermonibus vel epistolis, per que ad vitam eternam debent informari. In canone [65]) orationibus debent insistere, quia et ideo sacerdos dicit: Orate. Stent vero erecte post Sanctus [66]) usque Per omnia [67]); tunc inclinent ad orientem usque Pax Domini [68]), quo semper inclinandum est et hoc in festis diebus. In ferialibus autem statim, ut Sanctus [66]) finitum est, discumbant super formulas, usque dum sacerdos pronunciat Per omnia [67]) dicturus Pax Domini [68]).

24. De commestione.

Quando commessure sunt, tacto cimbalo a Priore lotis manibus cum magna reverencia hinc et hinc refectorium intrabunt ibique stantes singule in loco suo coram tabulis, Preposita vel Priore ad principalem mensam accedente et pulsante nolam, cuncte simul Benedicite [53]) dicant. Et cum bis commessure sunt, hunc versum: Oculi omnium [69]) dicant usque ad Gloria patri [14]), ibi pariter se incurvabunt usque quo post Kyrie eleison [9]) et Pater noster [10]) et benedictionem ab ebdomadaria datam, respondere debent Amen. Cum autem semel cenature sunt, dicant hunc versum: Edent pauperes [70]). Post hec Lectrix in medium veniens dicat: Iube, domina, benedicere [45])! de loco autem se non movebit, donec benedictionem hanc accipiat: Cibo ac potu spirituali *) reficiat nos Dominus. Respondeatur Amen. Qua accepta ad legendum vadat et distincte et ordinate legat, et nulla mensale sibi attrahere presumat, antequam Prelata manum suam in mensam extendat, neque vescentes alias ulla conspiciat. Religiose et honeste comedant cum graciarum actione, sumantque de cibo et potu non ad voluptatem, set ad necessitatem, memores apostolice sentencie, qua sic dicitur: Curam carnis ne feceritis in concupiscenciis vestris [71]), et sicut sentencia regularis docet: Non sole fauces sumant cibum, set et aures esuriant Dei verbum [72]). Nulla aliquo modo inquietudinem aut strepitum audeat facere. Ut autem omnia disciplinate et ordinate fiant, due sorores ministrent, quarum oculi totum oberrent diligentissime perspicientes, qualiter unaqueque se habeat et quo indigeat, ut nulla cogatur usquam oculos nisi ad sibi proposita reflectere et ut ipse possint in capitolio quamquam pro minus religioso gestu reprehendere. Omnes autem simul in refectorio comedant, nisi quas aut etas gravat aut infirmitas, quarum

*) Im Codex steht spiritali.

curam custos infirmarie cum magna caritate gerat. Quod si aliquando contigerit, ut aliqua comedentibus aliis in primis non adsit, postea veniens in medium procedat et quae cum aliis fecisset et dixisset, eadem per se faciat et dicat inclinata et ore tantum benedicat, postea inclinet prelate et sessum eat. Nulla umquam sibi aliquid apportet preter sal et aquam, nisi forte generaliter serviendo veniat ad sedem suam. Si quid per aliam apportatur, contra aliquantulum inclinet. Si quid alicui a prelata dirigitur, ex toto surgens alcius inclinet et quantumlibet forte cupiat abstinere, de hoc tamen prelibare non dimittat. Scutellam quoque applicet ad illam potissimum sororem, que juxta se sedet superius, ut secum comedat; si hec rennuerit, ad inferiorem applicet. Quod si et illa rennuerit, quod noluit aut non potuit comedere, non quoquam mittat longius ad aliquam dominam pro ulla gracia privata, set a se tantum amoveat, ut tollatur a ministra. Quecunque aliquid a mensa projecerit, vel de manu ipsius in terram ceciderit, aut mensam sive mappam ex cibo sive ex potu madefecerit, vel aliud aliquid negligenter fecerit, de sede sua quantocius surgat et prostrata in medio refectorii veniam petat, donec ei prelata signum surgendi faciat. Numquam ad unam vicem utrumque fiat, ut aliqua tardius quam alie veniat et cicius surgat. De micis unaqueque diligenter caveat, ne quid vel minutissimum cadat ad terram et pereat, set cum flabello et scutella colligantur. Minime quoque bibat aliquando patera vel cifo, nisi cum duabus manibus et numquam nisi sedendo.

Bemerkungen.

[1]) Der pater monasterii ist der Propst, prepositus, welchem die Vermögensverwaltung des Klosters oblag und der als geistlicher Vater desselben angesehen wurde. So wird in den Annalen des Augustinerinnenklosters Stederburg Heinrich von Wartekenstede, der demselben von 1302 bis 1304 als Probst vorstand, spiritualis ecclesiae nostrae pater genannt. Mon. G. H. XXV, 734. In den Klöstern der Augustinerinnen z. B. in Stederburg wie in Derneburg heissen die Pröpste auch provisores.

[2]) Matth. 5, 3.

[3]) Luc. 18, 13.

[4]) Ps. 51, 17.

[5]) Jerem. 48, 10.

[6]) Wahrscheinlich selbstcomponirte Antithese zu 5.

[7]) Cantica graduum, ᾠδαὶ ἀναβαθμοί, sind die sogenannten Stufenpsalmen 120—134, von Luther „Lieder im höheren Chor“ benannt.

[8]) Requiem aeternam dona eis, Domine, et lux perpetua luceat eis. Requiescant in pace. Amen. Dies ist die oratio pro fidelibus defunctis, welche in der Litanei und im officium defunctorum oft vorkommt.

[9]) Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison ist der Anfang der Litanei nach dem Rituale Romanum S. 97 der Edit. Ratisbon. 1884.

[10]) Pater noster, qui es in coelis, sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum etc. Anfangsworte des Vaterunser.

[11]) Der Anfang einer Collecte lautet: A porta inferi, dann folgt das Responsorium „Erue, domine, animam ejus (oder eorum oder meam). Rituale Rom. S. 175.

[12]) Auch aus einer z. B. im officium defunctorum vorkommenden Collecte entlehnt. Da folgt auf den Vers „Domine, exaudi orationem meam" das Responsorium „Et clamor meus ad te veniat".

[13]) Absolve, queso, domine, animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum ist der Anfang e. Oratio, die z. B. bei Leichenbegängnissen u. in Todtenmessen gesprochen wird.

[14]) Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto, sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen. So lautet die sogen. kleine Doxologie. Mit ihr schliessen die meisten Psalmgebete.

[15]) Ps. 106, 4: Memento nostri, domine, in beneplacito populi tui, visita nos in salutari tuo.

[16]) Ps. 74, 2: Memor esto congregationis tue, quam possedisti ab initio.

[17]) Entweder Ps. 102, 2 oder Ps. 27, 7 oder Anfang der Collecte: Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat aus Rituale Rom. 108.

[18]) Der Anfang einer Oratio in der Litanei lautet nach dem Rituale Romanum 102 also: Deus, cui proprium est misereri semper et parcere u. s. w.

[19]) Wahrscheinlich gebildet nach Ps. 86, 2: Salvum fac servum tuum, Deus, sperantem in te. Collecte aus der Litanei, Rituale R. 101.

[20]) Collecte aus den Schlussgebeten des Ps. 69 in der Litanei. Dort folgt dem Vers: Mitte eis, Domine, auxilium de sancto das Responsorium: Et de Sion tuere eos. Dem Verse Domine, exaudi orationem meam folgt das Responsorium: Et clamor meus ad te veniat. Rit. Rom 101.

[21]) Eine oratio in der Litanei lautet nach dem Rituale Romanum 103 also: Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris simul et mortuorum omniumque misereris, quos tuos fide et opere futuros esse praenoscis. Te supplices exoramus, ut, pro quibus preces effundere decrevimus, quosque vel praesens saeculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuae clementia omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per dominum etc.

[22]) Formae sind die Chorstühle, in welchen Stifts- und Klostergeistliche dem Gottesdienste beiwohnen. Du Fresne, Glossar. med. et infim. latinit. s. v. Accubare super formas scheint zu bedeuten „in den Chorstühlen auf den Knieen liegen".

[23]) Cena domini ist der Gründonnerstag; die Octava pentecostes ist der Trinitatissonntag.

[24]) Gemeint sind die 15 Stufenpsalmen 120—134.

[25]) Die 7 Busspsalmen sind die Ps. 6. 32. 38. 51. 102. 130. 143.

[26]) Der Anfang der Litanei lautet nach dem Rituale Rom. 97 Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

[27]) Dies Jnnocentum ist der 28. December, Circumcisio der 1. Januar, Epiphanias der 6 und octava Epiphaniae der 13. Januar.

[28]) Die hier erwähnten Zeiten sind: Das Allerheiligenfest am 1. November, Coena domini der Gründonnerstag vor Ostern, Quadragesima die Fastenzeit, Octava Pentecostes der Sonntag Trinitatis.

[29]) Nach der Ordnung des Clemens Alexandrinus: Preces facite mane, tertia, sexta, nona [hora], vespere et ad galli cantum vel media nocte gab es 6 gottesdienstliche Zeiten oder horae; denen fügte die Benedictinerregel noch das Completorium hinzu. Seitdem gab es 7 horae, 5 diurnae und 2 nocturnae. Jene fallen die Prim in die Zeit des Sonnenaufgangs, die Tertie in die dritte, die Sexte in die sechste Tagesstunde um Mittag; die None ward Nachmittags etwa um 3 Uhr, die Vesper bei Sonnenuntergang abgehalten; das Completorium etwa um 8 Uhr Abends vor dem Schlafengehen, die Matutin nach Mitternacht in den ersten Tagesstunden.

30) Placebo domino in regione vivorum Psalm 116, 9 u. zugleich e. Antiphone aus dem Officium defunctorum Rituale Rom 167.

31) Mit diesen Worten schliesst jeder im Gottesdienst gebrauchte Psalm, ausser im Officium defunctorum. Sie lauten: Gloria Patri et filio et spiritui sancto. Dann folgt das Responsorium: Sicut erat in principio et nunc et semper et in saccula saeculorum. Amen.

32) Das invitatorium beginnt also: Regem, cui omnia vivunt, venite, adoremus. Dann folgt Ps. 95: Venite, exultemus domino, jubilemus deo, salutari nostro. Preoccupemus faciem ejus in confessione et in psalmis jubilemus ei etc. Rituale Rom 179.

33) Magnificat anima mea dominum et exultavit spiritus meus in Deo, salutari meo ist der Anfang des Canticum beatae Mariae virginis. Rituale Rom 173.

34) Benedictus, qui venit in nomine domini, osanna in excelsis ist der Schluss der Praefatio in der Messe dicht vor dem Canon.

35) Capitula sind die Vorlesungen aus der heiligen Schrift.

36) Apparitio ist das Fest der Erscheinung des Herrn am 6. Januar, Epiphania Domini genannt.

37) Zur Vorbereitung auf den Gottesdienst spricht der katholische Priester nach den Angaben seines Breviers drei oder neun Lectionen, die letzteren an wichtigeren Festtagen seiner Kirche. Alte Calendarien geben genau an, an welchen Tagen 3 oder 9 Lectionen zu halten sind.

38) Benedicamus domino, worauf der Ministrant Deo gratias antwortet, ist das Schlussgebet der Postcommunio in der Messe.

39) Anfang des Ps. 66: Deus misereatur nostri et benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri.

40) Vergl. § 4 am Ende und Bemerk. 19—21.

41) Ps. 6 beginnt also: Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

42) Anfang des Ps. 120: Ad dominum, cum tribularer, clamavi et exaudivit me.

43) Anfang des Ps. 121: Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi.

44) Dies ist Psalm 32, der also beginnt: Beati, quorum remissae sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata.

45) Mit diesen Worten erbittet z. B. der Ministrant in der Messe den priesterlichen Segen.

46) Analog der Segenertheilung im Completorium gebildet.

47) Exultabunt Domino ossa humiliata. Anfang einer Antiphone z. B. bei Leichenbegängnissen nach dem Rituale Roman. 155.

48) Preciosa est in conspectu Domini mors sanctorum ejus. Psalm 116, 15 wo statt Preciosa steht Gloriosa.

49) Oremus Aufforderung des Priesters zu Gebeten (orationes).

50) Wie es scheint, ein Stück aus der Litanei u. zwar die Antiphone, auf die als Responsorium die Worte Ora pro nobis folgen.

51) Tu autem, Domine, miserere nobis. Mit diesen Worten enden fast alle Lectionen in der Matutin.

52) Ende der Antiphone Requiem aeternam dona eis, Domine. Sie endet mit dem Verse: Anima ejus et animae omnium fidelium defunctorum — requiescant in pace und dem Responsorium Amen. (Rituale Rom. p. 165.)

53) Benedicite Domino, omnes servi domini lautet der Anfang des Ps. 134. So beginnt auch eine Antiphone: Benedicite Dominum, omnes electi ejus; agite dies laetitiae et confitemini illi. Rituale Rom. 235.

54) Ist entweder der dritte Vers von Ps. 134: Dominus tibi benedicat ex Syon, factor coeli et terrae. oder das Responsorium auf den Versus: Benedicite. So lauten die Worte vor der Ertheilung des Segens am Schluss der Prim.

55) Eine Formel zur Erbittung des göttlichen Segens.

56) Capitolium ist hier und im Folgenden der Saal, worin das Capitel gehalten wird. Auch urkundlich wird der Capitelsaal oft so genannt. S. Lüntzel, Gesch. d. Diöcese und Stadt Hildesheim Bd. 2, 51 A. 3.

57) Misereatur tui omnipotens Deus et dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam aeternam ist die Formel d. priesterlichen Absolution. Rituale Rom. 57.

58) Der Anfang von Ps. 130 lautet: De profundis clamavi ad te, Domine, Domine, exaudi vocem meam. Fiant aures tuae intendentes in vocem deprecationis meae.

59) Eine Collecte oder oratio im Officium defunctorum beginnt: Deus, veniae largitor et humanae salutis amator, quaesumus clementiam tuam etc. Gräser, Röm. kathol. Liturgie 390. Rituale Rom. 178.

60) Dieser Anfang einer oratio aus dem Officium defunctorum wird zu ergänzen sein: sanctorum atque electorum tuorum largiri digneris consortium. Rituale Rom. 176.

61) Das Gebet pro fidelibus defunctis lautet nach dem Rituale Rom. 178: Fidelium Deus omnium conditor et redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

62) Der Anfang von Ps. 5 lautet: Verba mea auribus percipe, Domine; intellige clamorem meum.

63) Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meae lautet der Anfang von Ps. 114 (nach Luther 116).

64) Credidi, propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis. Anfang von Ps. 115; nach Luther Ps. 116, 10.

65) Der Canon, in welchem von dem amtirenden Priester Kelch und Hostie geweihet, erhoben und angebetet werden, bilden mit dem Offertorium und der Communio den sakramentalen Theil der Messe. Gräser, Röm. kathol. Lit. 364 fg.

66) Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth bildet den Schluss der dem Canon vorangehenden Präfatio in der Messe. Gräser 362.

67) Per omnia saecula saeculorum ist der Schlussvers priesterlicher Gebete, woran sich als Responsorium Amen schliesst.

68) Pax Domini sit semper vobiscum. Eine Formel für den Segen des Priesters.

69) Oculi omnium in te sperant et tu das eis escas suas in tempore suo. Ps. 144, 15 (Luther 145, 15).

70) Edent pauperes et saturabuntur et laudabunt Dominum, qui requirunt eum, vivent corda eorum in saeculum saeculi. Ps. 21, 27 (Luther 22, 27).

71) Anklang an Röm. 13, 14.

72) Dieselben Worte stehen in der Regula b. Augustini.

55) Eine Formel zur Erbittung des göttlichen Segens.

56) Capitolium ist hier und im Folgenden der urkundlich wird der Capitelsaal oft so genannt. S. Lüntzel, Ge 51 A. 3.

57) Misereatur tui omnipotens Deus et dimis am ist die Formel d. priesterlichen Absolution. Rituale Rom.

58) Der Anfang von Ps. 130 lautet: De profund em meam. Fiant aures tuae intendentes in vocem deprecationis

59) Eine Collecte oder oratio im Officium de humanae salutis amator, quaesumus clementiam tuam etc. G om. 178.

60) Dieser Anfang einer oratio aus dem Offi sanctorum atque electorum tuorum largiri digneris consortium.

61) Das Gebet pro fidelibus defunctis lautet s omnium conditor et redemptor, animabus famulorum famula bue peccatorum, ut indulgentiam, quam semper optaverunt, p et regnas in saecula saeculorum. Amen.

62) Der Anfang von Ps. 5 lautet: Verba mea meum.

63) Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem 114 (nach Luther 116).

64) Credidi, propter quod locutus sum, ego au 115; nach Luther Ps. 116, 10.

65) Der Canon, in welchem von dem amtirend oben und angebetet werden, bilden mit dem Offertorium un der Messe. Gräser, Röm. kathol. Lit. 364 fg.

66) Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus non vorangehenden Präfatio in der Messe. Gräser 362.

67) Per omnia saecula saeculorum ist der Sch ls Responsorium Amen schliesst.

68) Pax Domini sit semper vobiscum. Eine F

69) Oculi omnium in te sperant et tu das eis er 145, 15).

70) Edent pauperes et saturabuntur et laudab rda eorum in saeculum saeculi. Ps. 21, 27 (Luther 22, 27).

71) Anklang an Röm. 13, 14.

72) Dieselben Worte stehen in der Regula b. A